

et venerande passionis et ammirabilis ascensionis et spiritus
 sancti missione et signum sancte crucis sit supra me / infra
 me / iuxta me / subtus me / et in omnibus finibus meis
 benedictio sancte marie et sanctorum patriarcharum
 prophetarum apostolorum martirum et confessorum virginum
 viduarum continentium et omnium sanctorum sit semper
 meum et commendando corpus et animam meam sancte
 trinitati ut custodiat hic et in futuro me et tua passio
 domine ihu x^e sit signum salutis mee per quam me
 redimere dignatus es adiutor protector gubernator
 et illuminator sis meus domine deus meus benedictio
 sancte trinitatis deat protegat et defendat me
 ab omnibus malis visibilibus et invisibilibus et conforta
 cor meum in omni opere bono ut hic et in eternum salvus
 meream et per eum qui venturus est iudicare vivos
 et mortuos amen.

Precedentem orationem quam papa urbanus primus
 misit karolo regi affirmans quicumque eam circa se por-
 taverit aut eam inspexerit ipso die facto non occidetur
 nec igne comburetur nec in aqua mergetur nec malus homo
 nec dyabolus nec quidquam mali ei nocere poterit: l

del. v. a. H. l. Superstitio est picta
 xv-xvi